

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Attila rege Scitharum, & quomodo partes tū orientales, tum  
occidentales depopulatus sit, & de inaudito terrimotu, aliisq[ue]  
terribilibus quę orbi incumbebant signis. Cap. XVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

EVAGRII HISTORIAE

manet, ante portas urbis Antiochiae extruxit: hocque egit ad eum plane finem, ut dæmones in posterum sua liberè obirent negocia, quemadmodum se facturos ante Julianum, ut fertur, polliciti fuissent. Verum istud certe dei servatoris prouidentia administratum fuit, cum ut virtus, quæ insit martyribus, omnibus pateat, tum ut sacrae huius sancti martyris reliquiae in locum transferrentur sacram, & templi præclarissimi honore decorarentur.

De Attila rege Scitharum, & quomodo partes orientales, tum occidentales depopulatus sit, & de inaudito terrimotu, alijsq; terrilibus quoque ibi incumbebat signis. Cap. XVII.

**T**Emporibus eisdem bellum, quod multorum sermonne celebratur, ab Attila Scytharum rege excitatum fuit: de quo accuratissime & disertissimeque cū magno verborum apparatu scribit Priscus rhetor: ostenditque & quomodo partes tum Orientem tum Occidentem versus invaserit, & quas ac quam multas vires subegerit, & quibus denique rebus gestis nobilitatus, ex hac luce migraverit. Porro autem eodem Theodosio imperio gubernante, maximus maximeque memorabilis terramotus, qui sua magnitudine omnes terramotus, qui ante extitissent, omnino obscuravit, orbem terrarum occupauit, prope dixerim vniuersum: sic ut multæ turrem in palatio ad terram ruerent, murus Cheronesi, qui longus dicitur, concideret, dehisceret, & multos pagos deglutiret, multæ atque adeo innumerabiles terra mariisque grassarentur calamitates, nonnulli fontes exiccarentur, alibi aquæ, ubi nullæ ante fuisse inundarent, arbores ingentes extirparentur radicibus, plurimæ terræ moles ita coaceruarentur, ut montes efficerent, mare pisces ejiceret mortuos, multæ in eo submergerentur insulæ, nauigia per mare tranantia, vndis retrocedentibus, in arido consistere cernerentur, multa denique loca Bithynia, Hellespontus, & utriusque Phrygiae gravibus afficerentur incommodis. Haec clades terram multum diuque oppressit: non tamen tam gravis esse pergebat, vicepit,

ceperat, sed usque eo sensim languescere & remittere vir-  
debat quoad penitus extincta esset.

*De Antiochiae aedificiis, & illorū cōditoribus. Cap. XVIII.*

**E**ppter accuratā nostrae religionis obseruationē p̄fsta-  
biles, à Theodosio ad magistratus Antiochiae gerēdos  
missi fuerūt. Ac Memnonius quidē locū illū, qui à nobis  
Psephiū appellatur, à primis fundamentis magnificè & arti-  
ficiōse extruendum curauit, atrio, quod libero cōcelo pate-  
bat, in medio relicto. Zoilus autē regalē porticū (hoc qui-  
dē nomine etiā nostra ætate quāuis multis variatus aedifici-  
is, nuncupatur) qui ad australe latus tecti palatiū qđ Ruffi  
ni nomē obtinet spectat, exēdificauit. Quinetiā Calixtus  
magnificū & illustre aedificiū, quod tum à veteribus, tū ab  
huius ætatis hominibus porticus Calixti dicit, ante sedes,  
quæ ad exercendū iudiciū positæ sunt, è regione fori (in  
quo pulcherrima domus est, quā prefecti p̄sidiorū incolere  
solēt) extruxit. Post istos, Anatolius rūsus, qui ordinibus  
in oriente militiā exercētibus p̄fiebatur, eō missus porti-  
cū ipsius nomine appellatā aedificauit, eamque varia ex-  
ornauit materie. Ista quidē, licet à proposito videantur ali-  
ena, sunt tamen studiosis nō inelegantia ad cognoscendū.

*De bellis variis tum in Italia, tum Perfide regnante The-  
odosio susceptis.*

C A P V T X I X .

**R**egnante itē Theodosio, crebre in Europa seditiones  
conflatæ, idque dum Valentinianus Romæ impera-  
bat: quas Theodosius, ingentibus copijs & exercitu-  
tū pedestri, tum nauali, terra mariisque emissis, adeo penitus  
repressit. Atque eo pacto etiā Persarū euicit furorem, quo  
rum rex tū fuit Isdigerdes, pater Bararanis, vel ut Socrati  
placet, ille ipse Bararanes ) & missis ab illis de pace lega-  
tis, pacem eis concessit: quæ ad duodecimum annum im-  
perij Anastasiū cōtinuata est. Quæ res cum ab aliis scripto-  
ribus cōmemoratæ sunt, tum ab Eustathio Syro ex Epipha-  
nio valde scitè & eleganter compendio quodam explicata: qui quoque scribit, quo pacto Amida capta fuerit.

Eodem tempore claudianum & cyrum, poetas hominum  
fama celebratos ferunt. Ac Cyrum primarium p̄ffectum

Ff 4 quem ma-